



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1849**

XIII. Heynemann von Pritzerbe beschenkt das Hospital des heiligen Geistes in der Neustadt Brandenburg mit jährlichen Einkünften, am 1. Februar 1309.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

sex chororum siliquis ibidem ex nostris molendinis abiecto quolibet impedimento in quatuor terminis cuiuslibet anni, prout fieri consuetum est, perpetuis temporibus tollendorum. Et hos siquidem proventus iidem fratres Kalendarum in ecclesia beati Godehardi sita in dicta civitate ad altare, quod inibi construxerunt, addere seu ponere tenebuntur ac etiam ex nunc et in futurum ipsi fratres huiusmodi altare, quandocumque vacarit, conferre de nostra liberali donatione poterunt clerico ydoneo, cui decreverint, et qui ad hoc cotidie missarum solempnia celebrabit, adiicientes, quod, si etiam in posterum dicta molendina alias locari vel situari contingerit, ex eo dicti fratres Kalendarum aut clericus, cui dictum altare collatum fuerit, in percipiendo dictos proventus defectum nullatenus patientur. In recompensam quoque huiusmodi nostre donationis prescripti fratres Kalendarum nobis septuaginta marcas Brand. argenti et ponderis in parata pecunia persolverunt, de quibus ipsos per presentes litteras dimitimus quitos penitus et solutos. Et ne etiam huius proprietatis donatio per nos liberaliter facta queat in posterum a nostris successoribus aut aliorum hominum conatibus in hac parte malignari volentium infringi seu aliquo modo noceri, presentem paginam super eo confectam dedimus nostri sigilli munimine roboratam, presentibus testibus ydoneis, videlicet nostris fidelibus Conrado de Redere, Nicolao de Buc, nostro dapifero, Anselmo de Blankenburch, Theoderico de Kerkowe, Wedegone de Wedele et Gherardo de Kerkowe, militibus, Mathya de Bredowe, tunc temporis advocato, et aliis quam pluribus fidei testimonio decoratis. Actum et datum in Rathenowe, anno domini millesimo trecentesimo IX. In vigilia cathedre sancti Petri.

Nach dem Originale. — Köbels Waldemar II, S. 502.—503.

### XIII. Heynemann von Prikerbe beschenkt das Hospital des heiligen Geistes in der Neustadt Brandenburg mit jährlichen Einkünften, am 1. Februar 1309.

Nos Martinus Lebus, Jacobus Viriz, Johannes Motelowe, Jacobus Iuterbuc, Arnoldus Drusenhausen, Henningus Johannis, Heyneko Monickeberch, Bartholomeus, Nicolaus Nawen, Gereko Kotzin, Hinricus Monik, Gereke Smergowe, consules nove civitatis Brand., recognoscimus, tenore presentium publice protestantes, quod Heynemannus de Pritcerve, noster concivis, comparavit et dedit domui sancti Spiritus site infra muros nostre civitatis sex frusta, que predicta domus singulis annis deinceps sine impedimento et absque diminutione qualibet recipiet et tollet in usus suos proprios libere convertendo, pro quibus quidem sex frustis antedicta domus tenebit unum sacerdotem, qui pro anima ipsius Heynemanni et pro anima domine Margarete uxoris sue post obitum eorundem et pro animabus predecessorum parentum suorum, videlicet Arnoldi, Henningi, Kerstini, Sophie, Adelheydis et Margarete in qualibet septimana quatuor vigilias et totidem missas pro defunctis dicere debet perpetuis temporibus et tenetur. Insuper provisor seu rector predictae domus, quicumque fuerit ille, debet singulis annis in quinta feria post nativitatem Christi, post Pascha, post Johannis baptiste et post Michaelis dare unicuique, qui sunt in lapidea domo, propter prebendam unicuique unum cuneum et unum bonum frustum carniū cum uno bono picario spisse et bone cerevisie in memoriam animarum predictarum, ut jam dicti infirmi sint in suis orationibus animarum etiam memores premissorum. In cujus rei testimonium presens scriptum, de nostra certa

Haupttheil I. Bd. IX.

scientia super his confectum, nostre civitatis sigillo duximus roborandum. Actum et datum Brandenburg anno domini MCCCIX. feria sexta ante purificationem Marie.

Nach dem Original in der St. Gotthardskirche. — Lenz br. Urk. S. 182.

**XIV. Die Städte Brandenburg, Berlin und Köln vereinigen sich über die gemeinsame Bestrafung von Verbrechen, am 4. Mai 1309.**

Viris laude dignis Consulibus in Brandenburg consulum universitas in Berlin et in Colonia obsequiosam in omnibus voluntatem. Tenore presentium vestre recognoscimus honestati publice protestantes, quod hanc inter nos ordinavimus seu fecimus unionem, quod, si aliquis proscriptus seu maleficus deprehenderetur per vos vel cives vestros, expense, que super eo fierent, per vos ferre debetis usque ad finem cause; si vero tempore medio aliqua in hiis consurgeret violencia contra juris ordinem, illas expensas communiter ferre volumus inter nos. Item si aliqui cives traherentur ad placita terre, que in vulgo dicuntur Lantdine, extunc, sicut exnunc, expense communes esse debent. Item si aliqua enormitas sive violencia per potentes aliquos fieret in nostra civitate, dummodo consules talem sibi assumerent violenciam, tunc iterum expense communes esse debent. Datum in Berlin anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. IX<sup>o</sup>. dominica ante ascensionem domini.

Nach dem Original. — Lenz, Urkundenammlung S. 919. Gercken's fragm. march. T. VI. S. 7 f. No. III. b.

**XV. Markgraf Johann schenkt den Kalandsbrüdern zu Brandenburg gewisse Hebungen aus Egin, am 15. März 1310 oder 25. April 1315.**

Nos Johannes, D. G. Brandenburgensis et Lusatie Marchio, presentibus publice profiteor, quod ad laudem Dei omnipotentis ejusque sancte genitricis virginis Marie et omnium sanctorum, ad salutem quoque animarum, nostre videlicet et dilecte matris nostre ac patris nostri pie recordationis Domini Hermanni Brandenburgensis quondam Marchionis et aliorum predecessorum ac successorum nostrorum et omnium fidelium defunctorum, fidelibus nostris Burgenfibus in civitate nostra Brandenburg, qui dicuntur et sunt fratres calendarum exilii, proprietatem dedimus et damus presentibus trium chororum filiginis, quos habent in redditibus in villa Etzin minus quatuor modiis, cum quibus redditibus et aliis Eleemosynis peregrinos fovent et ipsis mortuis corpora tumulant pie charitatis opera exercentes. Mandamus igitur et volumus, ut nullus advocatorum nostrorum vel officiorum de dictis tribus choris minus quatuor modiis aliquam precariam exigat aut servitium privatum vel commune. Sed volumus eosdem fratres calendarum exilii in eisdem bonis gaudere perpetua libertate. Hujus rei testes sunt Christianus de Gerhardesdorff, Henzko de Groben, Buffo de Mylaw, Henningus de Vorland et Locstede, milites, et Echardus de Bardeleve Marchalcus noster. e. p. a. f. d. Actum et datum ibidem Brandenburg A. D. MCCCX. die XV. Martii.

Nach Buchholz a. a. D. S. 169 aus der Süßmilch'schen Sammlung. Das Jahr ist jedoch wahrscheinlich unrichtig angegeben. Nach einer im ersten Bande des zweiten Haupttheiles abgedruckten Urkunde des Markgrafen Johann besand dieser sich Anno dom. M. CCC. XV. die Marci (Evangeliste) in Brandenburg, d. ist am 25. April 1315. Daraus hat ein ungeschickter Copist vermuthlich das obige falsche Datum gemacht. Vgl. Hauptth. II. B. I. S. 371.